



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Elegia 27. Ioannis caput in disco exsecrabile Herodiano conuiuio mortis
donum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Ah ! oculus cœco qui pronubus arsit Amori,
 Quot Stigio fœtas educat igne faces !
 Sic modò quæ fuerit blando via prima furor i;
 Ultima post saui meta doloris erit.
 Victor ouans geslit, cui palma sic alta securis;
 Asperiore cades victor & ipse manu.
 Non vñ nunc, & erit sic semper, cedere virtus
 Visa semel, semper cederet ergo neci ?
 Sic vbi cupressus fors iam premat inuida palmam;
 Non erit hanc maior semper vt umbra premat,
 Esto cadat vates, vanæ sub imagine mortis;
 Inde triumphali surget ad astra rota.
 Sic aliâ de parte nouo rota vertitur axe,
 Aurea cui felix meta salutis erit.
 Cui sua tam liquidis dimanant gaudia riuis,
 Nectareoque fluit vita beata mari ;
 Ut vel opima fames sibi cæna, Lyæus amaror,
 Aula foret carcer, læta chorca labor.
 Regia gaza lutum, luxus regalis egestas,
 Pūrpura turpe fagum, dedecus omnis honos :
 Atra catena prius mortis scelerata supellec,
 Nunc radiat fuluis clara corona comis.
 Usque adeo dispar geminæ nunc alea vitæ,
 Hinc Vatis, miseræ vertitur inde lupæ ?
 Dum profugæ trahit illa choros ad cornua lunc;
 Nox subit, Eoum non habitura iubar.
 Sole nouo Vates pulchrum sed peccat IESV,
 Pulcher eo dicit Phosphorus igne diem.

Elegia 27.

Ioannis caput in disco exsecrabile Herodiano conuiuio mortis donum.

Quæ vox sat poterit lacrymis æquare querelas,
 Prô furor ! vt Vocem vis scelerata tulit ?
 Conscia Vox verbi, casti Vox obses amoris,
 Et Vox Idalias vincere data faces;

Heu !

Heu facinus crudel! siler; siler infacia fandi,
 Aeternumque silens triste loquetur opus.
 Nempe tenax veri mens, & vis nescia frangi,
 Irritat rabidas in sua damna feras.
 Hinc castos animos odijs oppugnat, & armis
 Impius incesto qui flagrat igne furor.
 Quisquis enim turpi sceleri caput exserit orco
 Sidereum pulchræ lucis abhorret opus.
 Huic in lance caput lethi crudel theatrum,
 Erubuit tantum conscientia luna nefas.
 Ergone mors leta struet in dape triste tribunal,
 Et pateras inter sceptra cruenta geret.
 Quid tibi cum ferro? vino Rex dilue curas;
 Dilue; sanguineo dulcior tua mero est.
 Cede quid obscenâ violas terat impia tigris?
 Quid facit ad festas impia sica faces?
 Linque fero Marti sua spicula, linque furorem:
 Natali quid agit mors, furor, ira die,
 In calicem definge caput Scytha terroris yrso. (a)
 Et bibe ferali pocula scelestæ mero.
 Ignosco sceleri, licet inde bibisse cruorem:
 Maius ubi Cypris iam fuit ausa scelus.
 (a) Scytha & Boj olim crania hostium in pocula
 effingebant.

Elegia 28.

Herodias in glacie saltitans demergitur digno rogo.

Crystallo radiante ruber calet hospes Iacchus,
 Iamque natat pingui cerua lepusque garo.
 Et myrrha madidos rosa siccat amena capillos,
 Tibiaque argutis garrit amica choris.
 Solenni trabeata (viden?) dux mima theatro
 Ludit, & alta leui sub pede sceptra regit;

Sy

Atque